

Sermo

I

mundi estote. Item erogatioe elemo-
sinaz. Unde dominus **Luce. x.** **Da-**
te elemosina. et ecce omnia munda sunt
vobis. Item in afflictione corporis.
et specialiter in sudore peregrinatiois
in qua lauat homo a pena. **Baruch**
iiij. **Delicati mei ambulauerunt vi-**
as asperas. Et psal. **Propter verba**
labiorum tuorum ego custodiui vias
duras.

In vigilia natiuitatis domini.

Epistola. Romanos primo.

Aulus seruus ihesu

Domi vocatus apostolus. segre-
gatus in euangelio dei: quod
ante promiserat per prophetas suos in
scripturis sanctis de filio suo. Qui
factus est ex semine dauid secundum
carnem. Qui predestinatus est filius
dei in virtute secundum spiritum sanctificatio-
nis et resurrectione mortuorum. Ihesu
christi domini nostri. per quem accepimus
gratiam et apostolatuum ad obedientiam
fidei in omnibus gentibus pro nomi-
ne eius. In quibus estis et vos vocati
ihesu christi domini nostri.

Euangelium. Mathei primo.

In illo tempore. Cum esset
desponsata mater ihesu maria ioseph
antequam conuenirent: inuenta est in vte-
ro habens de spiritu sancto. Ioseph
autem vir eius cum esset iustus et nol-
let eam traducere: voluit occulte di-
mittere eam. hec autem eo cogitante
ecce angelus domini in somnis appa-
ruit ei dicens. Ioseph fili dauid: no-
li timere accipere mariam coniugem
tuam: Quod enim in ea natum est: de
spiritu sancto est. Pariet autem filium

Octauus

II

et vocabis nomen eius ihesum. Ipse
enim saluum faciet populum suum a
peccatis eorum.

Sermo. viij. de euangelio.

Qum esset desponsata
mater ihesu maria ioseph
et. tria dicunt in hoc eu-
gelio ad laudem beate virginis
Primum est quod ioseph sancto viro de
sponsata fuerit. Secundum est quod
opere spiritus sancti concepit.
Tercium est quod saluatore mundi peperit.
Primum fuit ad testimonium castitatis.
Secundum ad sanctificationem utrius vir-
ginalis. Tercium ad preeminentiam di-
ginitatis. Unde bernardus. hec est virgi-
nis nostre gloria singularis: et excellens
progenitura marie. quod vnum eundemque fi-
lium cum deo patre meruit habere coe-
dem. Secundum vero morale intellectum tria hec
notare possimus. Primum est forma peccati
di. Secundum difficultas satisfaciendi.
Tercium est auxilium gratie dei. Primum
notat in beate marie desponsatione.
Secundum in ioseph tribulatione. Tercium
in angeli exhortatione. De forma pe-
nitendi premitit tibi. Cum esset desponsa-
ta et. **De salutis prima est. de qua sap. viij.**
Quia bonorum mihi est. In psal. dicitur a-
nti. Prima est medicamentum vulneris
spes salutis per quam omnis ad vitam pro-
uocat. et vocat maria amara mare pro-
pter dolorem tritosis. De quo treno. **ij.**
Magna velut mare tritio tua. quae
medebit tibi. ille utique qui sanat tri-
tos corde et alligat tritones eorum. hoc
**est mare in quo submerguntur egre-
gii. de** mones et peccata. **Dicitur vlti.** **Pro-**
pheta in profundum maris omnia pec-
cata vestra. Item interpretatur stella